



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

160. Sabb. Quomodo orandus Deus, ut nos magis emundet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CLX.

Sabbato post Dom. 5. post Pascha.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
magis emundet.*

Collocabo me inter Archangelos rerum
magnarum nuntios. 1. ad Thes. 4. Pe-
tam magis intelligere, quænam emundanda
sint.

Conf. 1. Ut magis emundet quoad intel-
lectum, necessariam mihi esse agnitionem
Creatoris, quem offendere timebo tanquam
Patrem. 2. Contemplationem potestatis di-
vinæ, ac Majestatis æternæ, ut quem amor
Patris non prohibet à peccato, saltem timor
Domini, qui potestatem habet mittere in
gehennâ, in officio contineat. 3. Necessariam
mihi esse legis contemplationem, quæ fa-
cienda præscribit. 4. Necessariam mihi esse
considerationem sanctitatis Christi, ex eaque
haustus amor. 5. Divinæ misericordiæ in-
tuitum, quæ toties mihi indulgit, unde eâ
mihi abuti sit formidabile. 6. Necessariam
mihi esse eam legis portionem, quæ docet,
quid faciendum non sit. 7. Necessariam mihi
esse agnitionem pleniorum, quam sit odibile
orare malum, etiamsi esset licitum. Petam
ab his septem emundari, orando Pater noster.

Conf. 2. Ut magis emundet, quoad affe-
ctum,

f. ha.

afflicti:
miseri-
nem no-
primunt
bis, &c.

Et ne nos
êre ten-
lo, quia
rigo est.
um ve.

1. Con-
raram
auxilio
riusque
um, quæ
Contra
Contra
in re-

am pro
chtildis
ij, ejus
m Deo,
oratio-
ntatio-
i igno-
quod
chori,

E D I.

280 *Sabbato Dom. 5. post Pascha.*
Etum, necessarium mihi esse honestatis amo-
rem, & desiderium. 2. Promissionis spem.
3. Amorem illius, quem super omnia diligo.
4. Gaudium in lege Dei. 5. Timorem amit-
tendæ felicitatis æternæ. 6. Timorem in-
currendæ pœnæ æternæ. 7. Fugam, quâ ad-
versarium susurrantem relinquam, & in
abdito Creatoris abscondar. Petam ab his
septem emundari oratione Dominicâ.

Conf. 3. Ut magis emunder quoad opus,
necessarium mihi esse. 1. Humiliare me, &
auxilium ad vincendum exposcere, 2. Co-
gitationes expendere, ut malæ rejiciantur,
bonæ probentur. 3. Habere in promptu
sententias Sanctorum cuiuslibet tentationi
oppositas, ut Christus fecit, 4. Actione vir-
tutis contrariæ vitio resistere. 5. Sibi tenta-
to compati, quasi alteri. *Beatus, qui intelligit
super egenum, & pauperem, &c.* 6. Providere
de armatura in ea parte, in qua necessa-
rium est. 7. Præcludere aditum inimicæ
suggestioni, divertere ad alia, & quæ nos
infestant, oblivisci. Petam hæc septem per
Archangelos, addito Pater noster.

MEDITATIO CLXI.

Dominica infra Octav. Ascensionis,

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
ex toto emundet.*

Colloca.